

TOTUS ACADEMIÆ MARPURGENSIS SENATUS,
OMNIBUS OMNIUM FACULTATUM STUDIOSIS

T O T T I A I N E I N !

Romanorum Imperatorem Vespasianum, atque laboribus militaribus atque administratione Reipublice, nec non corporis aegritudine fessum, et prope confectum, nihilominus assurgentem adstantibus, eumque quiescere jubentibus, dixisse ferunt: Imperatorem stando mori oportere. Quo dicto laborum patientissimus et in officio suo diligentissimus innuere voluit, non solum eos, qui ad Reipublicam sedent, verum etiam quosvis, qui res magnas tractant, unde ad omnes plurimum commodi et utilitatis longè lateque redundat, ad extremum usque spiritum in eo opere constanter perseverare, neque à proposito laudabili, in commune societatis humanae bonum consulendi, rei aut magnitudine aut periculorum atrocitate perterritos, vel viribus corporis aut animi diffisos, temerè desistere aut resilire debere, quādiu aliquid virium et vite superest. Etsi igitur hactenus presentissimum Academiae periculum, dissipatio atque interitus supra caput imminere visa fuerint, tamen singulari misericordis Dei Opt. Max. beneficio, nec docentium, nec discipulorum labor prorsus fuit irritus, atque inanis. Quamobrem ut ineffabilem Dei benignitatem gratis animis jure meritoque celebramus: Sic eadem freti tum Constantiam in perferendis officii nostri molestiis ac arumnis porro etiam pro virib. retinebimus, tum eventum eorum fructumque sperabimus, qui sit divino supremo Nomini gloriosus, patri utilis, et nobis proficiuus universis. Nam si post malam etiam segetem bonus agricola serit, futurum credens, ut prateriti temporis sterilitatem felicioris anni compenset ubertas: Quanto rectius nos in officio nostro ad ultimum quoque vitam halitum perseveramus, indefinenter ac fideliter pro pace totius Hassiae orando, atque impigre desudando in iis exercitiis, quae Ecclesia, Reipublica literaria et toti patriae prodesse possunt: Horum nunc iterum tabellam aliquam instar hederae appendimus, neectar sapientiae et saluberrimum poculum contra futurum Hyemis frigus propinamus, licet pauci sint, qui bono excipiant animo vel hauriant: Vendibili tamen sunt, et parvo prostant pretio. Deus omnia benedictione sua caelesti felicitet, et Nos omnes valere ac tranquillos vivere jubeat, clementerque concedat! Marburg die 6. Septembr. Anno Messiae exhibit. M DC XLVI.

IN FACULTATE THEOLOGICA.

Iustus Feyerbornius, S. Theol. D. & Professor, 1. In ordinariis suis publicis Lectionibus perget. 2. Collegium Concionatorium de Epistolis Dominicalibus, porro instituet. 3. Disputationes publicas de divina peccatorum nostrorum remissione, absolvet.

Ioh. Henricus Tonfor, S. S. Theol. D. ejusdem Professor & Pädagogarcha, in analysi questionum Theologicarum illustrium & maxime controversarum perget: addet insuper Collegia Theologica, & Disputationes Catecheticas continuabit.

IN FACULTATE JURIDICA.

Iustus Stinolt cognomento Schütz, I. V. D. Consiliarius, Academiae Pro-Cancellarius, & Professor Primarius, p. t. Legatus, ad tractatus Pacis universales, cap. 5. lib. 2. feud. Qual. jurat. deb. vassal. explicandum assumet, ex eoque de Fidelitate, quam vassallus, subditus, domesticus Dominis suis, aliique aliis, vel ipso jure, vel ex pacto debent, per quaestiones scitu dignas & utiles tractabit, Collegium quoque de statu Rei Romanae publicum continuabit, quantum alia negotia publica concesserint.

Iohannes Breidenbach, I. V. D. Illustrius ac Celsissimi Hassiae Landgravi GEORGII, &c. Consiliarius & Professor, in Mandatorum Cameralium materia perget.

Iohannes Gualtherius, I. V. D. Consiliarius Professor Codicis, p. t. Decanus, in ordinariis suis praelectionibus in Codicem progredietur.

Iohannes Kornmannus, I. V. D. Consiliarius & Pandectarum Professor, in explicandis utilioribus Digestorum legibus progredietur. Collegia quoque Disputatoria publica & privata, pro studiosorum desiderio & petitione aperiet.

Gregorius Tülsnerus, I. V. D. Consiliarius Hassiae-Darmstadiensis & Professor Ordinarius, publicas Institutionum praelectiones continuabit, post explicatos ordines succedendi ab intestato, ad Obligationum & Contractuum materiam accessurus: Collegia quoque & Disputatoria & explicatoria, pro voluntate studiosorum, iterum aperiet.

IN FACULTATE MEDICA.

Ioh. Daniel Horstius, D. Publicè disputando Manuductionem ad Medicinam exponet. Privatum Collegium Chymicum continuabit, atque praecipuorum medicaminum particularium & universalium preparationem, usum, virtutes, vitia monstrabit, atque fideliter communicabit.

Iohann. Tilemannus, D. & p. t. Acad. Rector, perget in Lectionibus suis ordinariis, privatim quoque petentibus suam spondet operam, si officii publici ratio permiserit.

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

M. Caspar Ebel, Log. Metaphys. & Philosoph. Moralis Professor Ordinarius, publicè in Logica perget in expositione compendii sui & in moralium doctrina Politica. Privatum Collegia, Logicum, Metaphysicum, Ethicū & Politicū, pro auditorum desiderio, aperiet; Metaphysicum publicum absolvet, & aliud aphorismorum Logicorum huic adjunger, omnia dirigente altissimo.

Johann. Conradus Dieterich, Professor Graecae Linguae & Historiarum, p. t. Decanus, ad sacras Veteris & Novi Testamenti tabulas, illustramenta harmonica, tam rerum quam verborum, è variis auctorib. Graecis propositurus est. In Historicis ab Herodoto auspicabitur. In exercitationes privatas exhibebit, quicquid in Graecis allibuerit.

Jacobus LeBlau, Iuris Vtriusque Licentiatu, & Linguarum Exoticarum

Professor Ordinarius & Academiæ Syndicus, hac hyeme, Deo auxiliante, in Gallicis explicabit primam partem Ronfardi: In Italicis, Pauli Paruta Historiam Venetam: ac collegia privata, pro lubitu studiosorum, aperiet.

Ioh. Daniel Horstius, D. Physicam Hippocrateam, legendo & disputando expositam, repetet, & 7. 8. 9. 10. & 11. Dissertationem Sectionibus Anatomiae exponet.

M. David Christiani Pomer. Mathematic. Eloquent. & Poet. Prof. Ord. publicè in Systemate suo Geographico perget: quo absoluto Astronomiam praeleget. Privatum Collegia Arithmetica, Geometrica, Astronomica, Geographica, Astrologica, & Optica aperiet.

In Oratoriā absolutis Controversiarum generibus, Doctrinam de Numero Oratorio, ipsiusque ortu, progressu, efficacia, occultatione, virtutibus & vitiis, aggredietur. Privatum Collegia Oratoria, & Aelius Oratorios instituet.

In Poesi Virgilium privatim Lectionibus explicabit, collatis probatissimis, antiquior. & recentioribus Commentariis.

M. Conradus Matthias, Philologo-Criticus Professor publicus, Alexandri sui ab Alexandro publicè pro more suo continuabit exponendo dies geniales: privatim verò jucundissimum illum dialogum Luciani Samosatani, somnium seu gallum quem vocant, Graecè & Latine per artes Logicas resolver cum additis exercitiis Poeticis, Historicisque. Adjungit porro etiam Æmperes & abundantia insigniores praecipuorum Poetarum mythologias, si placuerint auditoribus.

* [] *